



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Pavls Papa III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

**A** cessione interuenerint) supplemus. Mandantes omnibus & singulis venerabilibus fratribus archiepiscopis , & episcopis, necnon dilectis filijs corundem archiepiscoporum , & episcoporum vicarijs in spiritualibus generalibus , quateous præsentes litteras & in eis contenta quæcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte uestra , seu uicariorum uestrorum prædictorum , aut alicuius uestru siue illorū desuper fuerint requisiiti solemniter publicantes, ac uobis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant præsentes litteras & in eis contenta huiusmodi, firmiter obseruati , uosq; illis pacifice gaudere. Non permitentes uos desuper per quoscunq; quoquis modo, indebito molesta xi: contradictores quoslibet & rebelles per censuras & penas, ac alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita compescendo , inuocato etiam ad hoc ( si opus fuerit) auxilio brachij laiculatis. Nō obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis , ac dictorum ordinum etiam iuramento & confirmatione Apostolica roboratis, statutis & consuetudinibus, necnon priuilegio quod incipit: Sacer ordo. per fel. tec. Sixtum Papam IIII. prædecessorem nostrum ordinis Carmelitarum concessu fortassisque post alijs communicato , & quibuscumque alijs priuilegijs & indultis Apostolicis illi ac quibuscumque alijs, etiam Mendicantium ordinibus etiam sub quibusuis tenoribus & verborū formis , ac cum quibuscumque clausulis & decretis concessis, approbatis & innouatis, quibus omnibus (tenores illorum ac si de verbo ad verbum infeti forent pialementibus, pro lufficenter expressis habentes) ac vice spectaliter & expresse derogamus, necnon quibuscumque exceptionibus, oppositionibus, & appellacionibus, forsan desuper faciendis & interponendis, qua aduersus præmissa nullatenus suffragati posse volumus contrarijs quibuscumque, aut si aliquibus communiter vel diuini ab Apostolica sit lede indultum quod interdici , suspendi , vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de induito huiusmodi mentionem, Decernentes presentium transumptis , manu publici notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constituta munitis, eandem proflus fidem in iudicio & extra ad habendam fore , qua idem presentibus adhiberetur si forent exhibite vel ostensa. Datum Bononiæ sub anno annulo piscatoris , die xv. Ianuarij M. D. XXX. Pontificatus nostri anno septimo .

## PAVLVS PAPA III.

## Ad futuram rei memoriam.

Inquisitores hæretice prauitatis procedere possunt contra eos qui afferunt et prædicant propositiones suspectas, scandalosas, periculosas, erroneas, hæresim sapientes, à fide catholica quavis ratione discrepantes, & Christianæ pietati, ac bonis moribus non conformes; non obstantibus quibusuis priuilegijs & exemptionibus, aut quavis personarum qualitate & dignitate Episcopis exceptis. Qui vero id impediuerint, grauiter coercentur; nam ordinary administratione suarum dignitatuum priuantur, & gubernatores terrarum bonis suis spoliantr, & excommunicantur.

**D** N. Apostolicis culminis specula diuinæ gratiæ munere collocati, nihil magis esse nostri officii duximus, quam sedulo ac diligenter omnia circumspicere, qua catholici nobis commissi gregis custodix, ac conseruationi conferant, illa mque in primis eu- ram suscipere, & qua materiam scandali præbere possent penitus succidatur, ac raddicitus extirpentur, nec ea usque pullulare finantur.

Cum itaq; sicut accepimus in nostra Bononia ac Mediolani, & quamplurimi alijs Italiae ciuitatibus & locis, nonnulli laiculares ac etiam & religiosi prætextu quorundam indultorum, ac concessionum seu priuilegiorum & exemptionum, a sede Apostolica per ipsos obtentorum, & ab Inquisitoribus hæretice prauitatis, in eisdem ciuitatibus & locis per sedem Apostolicam, aut ilius auctoritate deputatis, illorum iuri dictione exemptos, prætendentes, variis propositiones scandalosas & erroneas, ac piatum mentium offensias, & quandoq; etiam hæresim sapientes, ac catholice fidei minus confonas, Christianæque pietati & bonis moribus minime conformes publice proponere ac disputare, & pro viribus sustinere, necnon populis prædicare, non sine magno Christi fidei animarum periculo. ipsiusque fidei detimento, & totius religionis opprobrio temere audeant & presumant. Nos qui desiderâter in votis gerimus, vt fides prefata nostris prosperetur temporibus, & prauitas hæretica de finibus fideliū extirpetur, attendentis non ideo ab Apostolica sede priuilegia & exemptions concedi solitas esse, vt per scandala & fidei diminutio generentur, sed potius ad es tollendum & ipsam fidem augendum, volentesque ne de cetero per propositiones & prædicaciones huiusmodi in perditionem (quod absit) animæ fideliū prolabantur, obuiare, & ne exemptionum prædictarum prætextu valeant talium præsumptiores in eorum tam detestabili temeritate perdurare, eorumque iniurias remaneat impunita, morbo huiusmodi necessariam adhibere medelam, Motu proprio & ex certa nostra scientia, volumus, staruimus, & ordinamus, quod Inquisitores prefati in tota Italia, & in insula Chij deputati, & in posterum deputandi contra omnes & singulos tam laiculares quam religiosos, quorumuis ordinum etiam Mendicantium professores, cuiuscumque sexus, gradu, status, conditionis, dignitatis & præminentiae, non tamen E pectoralis f existant, qui propoſitiones

Edita anno Do-  
mini. 1542.

Ex Archivio In-  
quisitionis Bo-  
nonien.  
& bibliotheca  
notaria.

<sup>f</sup> Quia Episco-  
porum delicta  
in causa hære-  
sis Apostolice  
sedis referant-  
tur, c Inquisito-  
res de hæreti-  
res de hæreti-  
lib. 6.

tiones suspectas, scandalosas, periculosas, errores continentes, bæresim sapientes, ac alias catholice A fidei minus consonas, Christianæque pietati & bonis moribus minime conformes, huicmodi vel eartum quaslibet in posterum afferere, seu publice proponere, & populis prædicare audeant; vel præsumant, iuxta auctoritatem & potestatem eis Inquisitoribus, a iure aut alias quomodolibet traditam & concessam procedere & inquirere, suamque iurisdictionem exercere debeat. Necnon eis contra illos iuxta prædictam potestatem, ut prefertur procedendi & inquirendi, & iurisdictionis huicmodi excedenda facultatem quatenus opus sit, eadem auctoritate de novo concedimus: decurrentes præsentibus nostris litteris, nisi per signaturam manu nostra signatam minime derogari posse, irritumq; & inane quicquid secus super his a quoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari: distractusque inhabentes locorum ordinarijs sub interdicti ingressus Ecclesiæ & suspensio- nis a regimine, & administratione svarum ecclesiærum, neenon ciuitatum & locorum quomodolibet dominis Gubernatoribus, & Rectoribus, & alijs quibuscumque sub excommunicationis latæ sententiæ, ac bonorum suorum priuationis poenis, eo ipso si contra fecerit incurrit, ne Inquisitores praefatos, quominus contra propositiones præfatas, vel eartum quaslibet seu indultorum, concessionum, priuilegiorum, & exemptionum corundem, & quouis alio prætextu afferentes, proponentes & prædicantes huicmodi procedere, inquirere, eorumque iurisdictionem exercere libere possint & valent quouis modo per se, vel alium, seu alia directe vel indirecte impedire præsumant. Non obstantibus præmissis & Apostolicis in provincialibus, & in synodalibus concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, neenon ordinum corundem iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoque & exemptionibus, prædictis quibusvis, sub quibuscumque tenoribus & formis, & per nos & sedem Apostolicam concessis, confirmatis, & innovatis; quibus eti pro sufficienti illorum derogatione, de illis illorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, non autem per claustrulas generales idem importantes mentio habenda foret; tenores huiusmodi pro sufficienter expressis habentes, hac vice duntaxat, illis alias in suo robore permanunt, specialiter & expresse derogamus. cæterisq; contrarijs quibuscumque. Et quia difficile foret præsentes nostras litteras originales ad singula loca quo opus foret, destinare volumus & decernimus, quod earum transsumptis manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constituta munitis, eadem fides indubia, in iudicio & extra vicinque exhibita fuerint, detur, ac eisdem stetur, ac si originales litteræ ipsæ exhibite forent, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo pectoris, die xiiij. Ianuarij, M. D. X L. II. Pontificatus nostri anno octavo.

## P A V L V S III.

## Ad perpetuam rei memoriam.

Iudæis ad fidem conuersis bona suâ integra conseruantur: si filij familias fuerint, legitimam, & alia quamvis portionem iure debitam, habent, etiam si in iuris parentibus conuertantur: quod si bona fuerint per usuram, aut alias male acquisita, restitui illis debent, quibus iure fieri debet restitutio, quod si tales persona ignorentur, eisdem Iudæis conuersis cōdonentur. hortatur omnes vt Iudæis conuersis tribuant elemosynas, sed Episcopi etiam de redditibus ecclesiæ eis subuenient. conuersi non sunt conzumelijs afficiendi: neophyti ciuium priuilegijs vtuntur: qui Iudæos baptizantur, instruant eosdem in articulis fidei: neophyti ne habeant inter se mutuam conuersationem, ydem cum originarijs Chistianis matrimonio copulentur: nullos ritus Mosaicæ legis obseruent si, contras fecerint, Episcopis aut Inquisitoribus deferantur: si ad ritus Mosaicæ legis reuersi fuerint, velut heretici puniantur.

Vide extrauagante Ioan. xxii, incip. Dignum. tit. de Iudæis inter communes.

Edita anno Do  
mini 1542.  
Ex bibliotheca  
notra erat au  
tem impressa  
Romæ anno  
Domini 1550.



V P I E N T E S Iudæos, & alios infideles quoslibet ad fidem catholicam conuerti & prætextu bonorum per eos antea possessorum ab eadem fide non derribi, Motu proprio ex certa nostra scientia, auctoritate apostolica, tenore præsentium hac in posterum valitura cōstitutione sanctimus, q; cuicunq; eisdem Iudæorum, & infidelium ad dictam fidem conuerti volenti, etiam si in patria potestate constiturus fuerit, bona sua quacunq;, tam mobilia, quam immobilia, intacta & illæsi permaneant. Ita vt etiā filij familias, & in patria potestate (vt præferitur) constituti, legitima, & quacunq; alia portione bonorum patrimonialium, aut maternorum eis de iure, seu successione bonorum eis alias de bico, tne ex bono per eorum parentes fraudari, aut priuari non possint, neq; debeant, † sed eis integre, etiam si contra opere poenam voluntatem parentum fuorum ad fidem ipsam conuersi fuerint, etiam eorum parentibus viueribus, † c. Peccatum, debeantur. Et si bona ipsa ex usura, aut illico quæstu fuerint acquisita, & non sint personæ, qui bus eorum fuerit de iure facienda restituendum (quia non dimittitur peccatum nisi restituatur male abla tum) illa eisdem personis omnino restituantur: personis vero non extantibus prædictis, quis bona ipsa essent per manus Ecclesiæ in p[ro]cesus v[er]sus conuertenda, bona huiusmodi eisdem Iudæos & alijs infidelibus